Romae (VI 9533 cf. 33810 vidit Henzen. De Graecis cf. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1467).

7728 Marti | Aug. sacr. | C. Sevius | Lupus | architectus[1] | Aeminiensis[2] | Lusitanus ex vo[*t*.].

La Coruña in ora Callaeciae, in rupe prope pharum qui videtur aetatis Romanae (II 2559 cf. II S. 5639 vidit Huebner). — 1) *Architectum fuisse ipsius phari probabile est, cf. Huebner l. c.* — 2) *De Aeminio cf. C. I. L. II p. 816.*

7729 M. Cassio C. f. Pob. Denticulo | IIIIvir., architect., | trib. militum.

Veronae (Ricci Notizie degli scavi 1893 p. 13).

7730 C. Gavio C. f. | Straboni, ‖ M. Gavio C. f. | Macro, ‖ . . . . . . ‖ Gaviae M. f. *(Intus in arcu ab utroque latere)* L. Vitruvius L. l. Cerdo | architectus[1].

Veronae in arcu qui deiectus est a. 1805 (V 3464 saepius descripta inde a saec. XV). — 1) *Potest fuisse libertus et discipulus Vitruvii Pollionis (Momms.).*

7731 C. Postumius C. f. Pollio architectus[1].

Terracinae (X 6339 saepius descripta saec. XV—XVIII). — 1) *Idem in simili titulo Formiano X 6126.*

7731[a] L. Cocceius L. | C. Postumi l.[1] | Auctus arcitect.

Puteolis (X 1614 p. 1009 vidit Mommsen). — 1) *Aut trium Cocceiorum, L., Gai, Postumi fuit libertus, aut L. Coccei et C. Postumii (ut ab altero praenomen, ab altero gentilicium sumpserit cf. supra N. 3097 not. 1) (Postumium hunc Mommsenus coniecit fuisse Postumium Pollionem tituli eius qui praecedit). Aut ipse aut ex patronis eius unus potest fuisse is Cocceius cuius opera in regione Puteolana memorat Strabo 5 p. 245 (narratur ille fecisse cuniculum a lacu Arverno Cumas et fortasse etiam alterum illum Puteolis Neapolim; sed Strabonis verba perplexa et fortasse interpolata, cf. Momms. l. c.). Fortasse ad eundem Cocceium spectat fragmentum epistylii Cumis rep. X 3707:* L. Cocc . . . . | redem[*pt*] . . .

7732 P. Buxurius P. f. | Truentines.[1] QVIE|COINOMN[2] Tracalo, | arte tecta.[3] Salve.

In Piceni plaga maritima, prope locum dictum Monte Prandone, rep., litteris antiquis (IX 5279 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Truentine(n)sis, scilicet ex Truento castro, quod non longe illinc situm fuit, ad ostia fluvii Tronto (cf. C. I. L. IX p. 492).* — 2) *Quiescit, coi (= cui) nomen (Momms.).* — 3) *Architectum intellegit Momms. (tecta a τέκτης, pro τέκτων). Pro* L *in hoc titulo est* ⊾.

7733 C. Iulio | Luciferi[1] filio | Posphoro | architect. Aug., | Claudia Stratonice | uxor viro | optumo.

Romae, iam Florentiae (VI 8724 vidit Henzen). — 1) *Fortasse hic supra N. 7571.*

7733[a] dis manib. | Tychico imp. Dom. ser. | architecto Crispinil.[1] | Ti. Claudius Primus | ollam ossuariam | dónavit.

Romae (VI 8726 vidit Henzen). — 1) *Crispinilliano (fortasse antea servus fuerat Calviae Crispinillae, quam memorat Tac. h. 1, 73).*

archive.org